Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



TRO

90

uastabunt te mundi tui ut omnes
portas tuas. Tenera mulier & delicata
que ingredi super terram non valebat
nec pedis vestigium figere. pre mol
litie & teneritudine mundabit
uero suo qui erat in sinu eius.
super filii & filie carnibus. & illuuie se
cundinarum que egredientur de medio
femorum eius. & super liberis quos edem
hora nati sunt. Comedent eos
clam. pre rerum omnium penuria.
in obsidione & vastitate qua oppri
met te inimicus tuus. intra portas
tuas. Nisi custodieris & feceris omnia
verba legis huius que scripta sunt in
hoc voluumine. timueris nomen
eius gloriosum & terribile. hoc est dominum
dominum. augebit omnes plagas
magnas & prestantes. & firmitates
pessimas & perpetuas. & inducet super te omnes
afflictiones egypti. quas timuisti.
& adherebunt tibi. Insuper & universos
languores & plagas que non sunt
scripte in voluumine legis huius. in
ducet dominus super te. donec te con
terat. & remanebitis paucissimi pro quo
pus fuistis sicut astra celi pro multi
tudine. quia non audisti vocem domini
dei tui. Sicut ante letatus est dominus
super vos bonis vobis faciens. vosque mul
tiplicans. sic letabitur disperdens vos.
atque subvertens. ut auferamini de
terra adquam ingredieris possidendam.
Disperget te dominus omnis populos
a summitate terre usque ad terminos eius.
& servies ibi diis alienis quos tu ig
noras. & pates tu. lignis & lapidibus.
Inter gentes quoque illas non quiesces.
nec erit requies vestigio pedis tui.
Dabit enim tibi dominus ibi cor pa
uidum. & deficientes oculos. & animam
merore consumptam. & erit vita tua
quasi pendens ante te. timebis nocte
& die. & non credes vite tue. Mane
dices. quis michi det vespum. & ves

uas. & pla
gas seminis
tui. plagas

pere quis mihi det mane. propter cordis
formidinem qua terrebis. & propter ea que
ris videbis oculis. Reducet te do
classibus in egyptum priam de qua
dixeri tibi. ut eam amplius non vi
deas. Ibi vendis inimicis tuis in ser
uos & ancillas. & non erit qui emat.
Hec sunt verba federis XXVIIII.
quod precepit dominus moysi ut
ferret cum filiis israel in terra
moab. preter illud fedus quod cum illis pe
pigit in oreb. Vocauitque moyses o
nem israelem. & dixit ad eos. Vos vi
distis omnia que fecit dominus coram
vobis. in terra egypti. pharaoni & omnibus
seruis eius. universoque terre illius. temp
tationes magnas quas viderunt oculi
tui. signa illa. portentaque ingentia.
& non dedit cor vobis dominus in
telligere. & oculos videntes & aures
que possent audire usque in presentem
diem. Adduxit vos dominus per
quadraginta annos. & non sunt attrita
vestimenta vestra. nec calceamenta pe
dum vestorum vetustate consumpta sunt.
Panem non comedistis. vinum & si
ceram non bibistis. ut sciretis quo
niam ego dominus deus vester. & venistis adloci
hunc. Egressusque est seon rex esebon. &
og rex basan. occurrentes nobis ad
pugnam. & percussimus eos. & tulimus
terram eorum. ac tradidimus possidendam
ruben & gad. & dimidie tribui ma
nasse. Custodite ergo verba pacti hui
& implete ea. ut intelligatis omnia
que facietis. Vos statis hodie cuncti
coram domino deo vestro. principes vestri
ac tribus. ac maiores natu atque doc
tores. omnis populus israel. uxores
vestre. & advene qui morantur te
cum in castris. exceptis lignorum ce
soribus. & his qui conportant aqua.
ut transeas in federe domini dei tui. & in
vere iurando quod hodie dominus deus tuus
pactum cum. ut suscitet te sibi in